



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 127. Anglorum Scotorumque violentiæ contra Carolum Regem suum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

URBAN.VIII. P. FERD.III. OCC.IMP. 425
cim
ima
tiæ
ent,
dem
um
mi
coti
ati,
diæ
ræ:
re:
gli
ur
cio
ret:
no
uæ
de
du
ur
enti
pro
abe
ngli
bel
gulis
inta
usus
edi
nam
de
nisse

misce petita concedere, ut ad Parla- Sæc. XVII.
menti defensionem paratas contra Re- A.C. 1640.
gem copias haberent.

§. CXXVII.

*Anglorum Scotorumque violentiæ con-
tra Carolum Regem suum.*

Intempestiva hac Regis indulgentia *Puffendorff*
Angli efferationes effecti, primas eo & *Salmon*
curas intenderunt, ut Regiam auctori- l. c.
tatem penitus deprimarent: præprimis
igitur die quinta Novembbris Carolum
Regem adegerunt, ut rebellibus sub-
ditis suis recens bello parta tanquam
jure vindicata relinqueret, nilque ho-
file adversus eos ageret, nec Parla-
mentum Londini inchoatum dissolve-
ret, nisi prius omnes turbarum Aucto-
res puniti, atque irrepentes corruptelæ
fuerint sublatæ, verbo, Rex consen-
tire cogebatur, ut hi Parliamentum
suum, quamdiu eis libuerit, prorogare
valerent: postea aliam Regiminis nor-
mam pro summo imperio invehentes,
Regis auctoritatem ferme ad nudum
nomen restrinxerunt, exauktoratisque
Episcopis Catholicos omni calamitatum
genere divexarunt, eosque intra decem
ab urbe leucas prohibuere, necnon Sa-
cerdotes ad pœnas ab Elisabetha Regi-
na sanctitas revocarunt: Insuper Par-

D d 5 lamen-

Sæc. XVII. lamentum, ut auctoritatis sibi arrogatæ
A. C. 1640. specimen daret, simulque Regis patien-
tiam exercebat, Stasfordiæ Comitem,
fidelissimum Regis clientem in jus vo-
cat, eumque de perduellione inique
accusatum die quinta Decembbris Lon-
dinensi Turri captum includit, simul-
que Laudum Cantuariensem Archiepi-
scopum in carceres conjici jubet. Inde
vero Curiæ inferioris Senatores auda-
cia & petulantia crescere cæperunt, ac
Londinensi populo in Regem concitato
contra novam Ecclesiæ disciplinam ri-
tusque reclamarunt, & Prynneum,
Burtonum, & Bostwichum juratos Re-
gis hostes ab eodem in exilium depul-
los, velut in triumphum ovantes Lon-
dinum revocarunt, eisque plenam suos
inimicos insequendi facultatem conce-
dere: die autem decima septima De-
cembris omnia tributa a Rege imposita
tanquam illegitima suppresserunt, ei-
demque jus vestigialium ademerunt,
condito decreto statuentes, quod Cle-
rici deinceps nullos Canones condere
valerent ac, nuper conditi utpote ad
seditionem tendentes nec a Laicis nec
Clericis essent servandi, Clericorum vero
Synodus cunctis Regni & Ecclesiæ le-
gibus adversaretur, proin subsidia ibidem
Regi promissa omnino essent irrita: de-
mum Catholicis inhibuerunt, ne Reve-
rentiam

rentiam nomini Jesu exhiberent, nec ad lectionem Evangelii surgerent, minus vero imagines Deiparæ in Templis exponerent: quarto autem post die Penningtonus Senator libellum supplicem a quindecim seditiosorum millibus subscriptum Parlamento exhibuit, horumque nomine Episcopatum, & Liturgiam penitus aboleri, ac extirpari petit: Denique tam superioris quam inferioris Curiæ Senatores, prævalentibus suffragiis eorum, qui Scoticarum partium erant, absque ullo Regiæ dignitatis respectu, in speciem, ne populi opprimerentur, nec Religio læderetur, re ipsa autem ut Regem suum auctoritate, Regno, vitaque spoliarent, & Catholicos exscinderent, omnes diuinæ, humanasque leges pessimum dare non erubuerunt.

§. CXXVIII.

Lusitani omnesque Europæi a Japonia in perpetuum exclusi.

Jam ab anno Christi millesimo quin-
gentesimo nonagesimo septimo Ca-
tholici in Japonia a Christiani nominis pon.
hostibus graves pertulerunt vexationes:
nihilominus tamen Viri Apostolici, quos
Lusitani Mercatores navibus suis in hoc
Regnum saepe invexerant, tanto pro-
ventu

Sæc. XVII.
A. C. 1640.